

nni exceptione, quoties & ubicunque libuerit,
vel ea, que sic prohibita sunt, facere : vel qua si
praecepta, absque peccato negligere cuivis liceat.

36. Et talis quidem est interna rituum Ec-
clesiasticorum qualitas & conditio : qui cum ita
sint comparati, ut vel bene vel male iis uti aut
non uti possit quispiam proximum fuerit eorum
considerationem instituere, quæ ex usu ipso fo-
rinsecus illis accidunt.

37. De hoc membro bunc in modum differit Qualitas
Confessio nostra: De talibus rebus admonen- externa ri-
tuum Ec-
tur homines, ne conscientiae onerentur, clesiastico-
tanquam talis cultus ad salutem necessa- rum.
rius sit. Admonentur etiam, quod tradi-
tiones humanæ, institutæ ad placandum
DEUM, ad promerendam gratiam, &
satisfaciendum pro peccatis, adversen-
tur Evangelio & doctrinæ fidei.

38. Initio igitur vitium & malitiam contra-
hunt traditiones Ecclesiasticae, quando sub abso-
lutæ & simplicis necessitatibus lege, que immu-
tabilitatis ac similitudinis universalis conse-
quentiam continet, Ecclesiae obtruduntur.

39. Talis necessitatis opinio tollit omnem li-
bertatis Christianæ usum, in quam per Chri-
stum asserti, meritè studere debemus, ne ullo pa-
cto, pristina servitutis jugo nos implicari patia-
mur, sic suadente Apostolo. Gal. 5. 13.

Tales